mandantes et committimus universis et singulis clericis notariis et officialibus publicis quibus presentes
vestras litteras exceptas mandari contigerit ... vestris potentibus litteris a tergo presentium notandis
ut prestito publice sub ... aut proprio juramento de ... exceptus modum atque formam
certos fuerit. In quorum premissorum fidem presentes fieri fecimus sigilli impressione
muniri et per notarium infrascriptum subscribi. Datum Venetiis in hedibus nostre residentie apud s.
margaritam Anno domini M. D. VI. die vero vigesimo mensis Junii presentibus domino
Trevisino clerico Venet. et domino Ulrico de Cortona testibus rogatis.

Suma cap. i. sup beneficiis

[illegible] di Frigugna.

Ill.mo et Ser.mo Principi et Domino D.no Andreae Griti
Divina favente Clementia Venetiar. Duci, Ducatus et
aliorum Dominiorum vestrorum felici ipsi prosperitatis au:
gumentum, nec non R.mis et R.dis in X.po Patribus et D.nis
D.nis Dei et Apostolicae Sedis gratia Venetiar. et Aquileien.
Patriarchis, ac Castellan., Concordien., et Vincentinen.
Episcopis, eorumque in spiritualibus et temporalibus
Vicariis et Officialibus generalibus, nec non curiae causar.
camerae Ap.licae generali auditori, eiusque Viceauditori
seu locumtenenti. Universis quoque et singulis Dominis
Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scho:
lasticis, Cantoribus, Custodibus, thesaurariis, succentoribus
parvis tam Metropolitanarum et Cathedralium quam
Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque ecclesiarum
Rectoribus seu locumtenentibus eorundem, Plebanis,
Viceplebanis, Capellanis, Curatis, et non Curatis, Vicariis per:
petuis, Altaristis, ac etiam Monasteriorum ordinum quorumcumque
Generalibus, Provincialibus, ministris, Prioribus, Vicariis,
guardianis, monachis, custodibus, et signanter S.ti Joannis
Hierosolimitanis magistris, Commendatoribus et Praecept:
oribus eorumque, nec non Praedicator. Minor. S. Augustini, ecclesiae
Mariae Carmelitar. et alior. ordinum quorumcumque
domorum et Conventuum fratribus Regularibus et Conven:
tualibus exemptis et non exemptis, ceterisque Presbiteris

Clericis Notarijs et Tabellionibus publicis, et fructuum reddituum et prouentuum cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus et subcollectoribus pro tempore existentibus, quibuscumque per totum Dominium Venetum Ducis prædicti, et dictorum Dominorum Patriarcharum et Episcoporum prouinciis Ciuitatibus et Dioecesibus et alis ubilibet existentibus, et eorum cuilibet insolidum, nec non Mareschallis, Principibus et Nobilibus Potentibus et magnificis Viris DD. Ducibus Marchionibus Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus Militibus militaribus, armigeris, Gentium armorum Conductoribus Gubernatoribus, Potestatibus, Mareschallis, Seneschallis, Magistratibus, Ciuium siue burgi magistris Scabinis, comitatibus Vniuersitatibus Ciuitatum, oppidanis, Incolis Ciuitatum, oppidorum, Castrorum, Villarum, Villagiorum, urbium, suburbiorum et aliorum locorum quorumcumque, aduocatis, Iudicibus, Præsidentibus, Iustitiarijs, Sentium? clientibus, Scriniis?, officialibus, ceterisque Dominijs? et personis quibuscumque Iurisdictionem spiritualem, Temporalem, et ordinariam per se, vel alium, siue aliorum mediate, vel immediate per dictum Ducatum, Dominia, et Conuentus, Prouincias, et Ciuitates, et Dioeceses Episcoporum et alias ubicumque locorum pro tempore existentibus et constituentibus, et eorum cuilibet insolidum, nec non illi, vel illis ad quem, vel ad quos Parochialis Ecclesiæ seu Capellaniæ S. Andreæ de Madritis?, similiter Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Fagaria? Aquileiensis Dioecesis Collatio, pro:

uisio

uitio, presentatio cum seu quauis alia dispositio communiter, uel diuisim pertinet, nec non uniuersis, et singulis colonis, censuarijs, pentionarijs, Arrendatoribus, redditnarijs, agricultoribus, uindemiatoribus, receptoribus, detentoribus, et debitoribus fructuum, redituum, et prouentuum, iurium, et obuentionum quorumcumque ad dictam dubiam seu Capellaniam S.ti Andreæ de Mandutio quomodolibet spectantium, et pertinentium, et præsertim vidam M. Antonio Rigino seu et pertinentium, et aduerso principali infra eius aduerso principaliter in nominato, omnibusque alijs, et singulis quorum interest, intererit, seu quos infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque præ nominibus censeantur, et quacumque fulgeant dignitate.

Petrus Andreas Gamarus Ductus Narbonensis Canonicus V.I.D. Domini Nostri Papæ Capellanus, ac ipsius Sacri Palatij Apostolici causarum Auditor, et executor unicus ad infra à Sede Apostolica specialiter deputatus Salutem in Domino, et nostris huiusmodi, immo uerius Apostolicis fideliter obedire mandatis. Noueritis quod nuper felicis recordationis S. D. N. PP. X.mus quamdam comissionem, siue supplicationem cedulam bonæ memoriæ Paulo de Petra Sancta tunc Sacri Palatij Apostolici causarum Auditori per certum eius cursorem praesentari fecit tenoris subsequentis.

Dignetur Sanctitas vestra causam, et causas appellationis, et appellationem à quadam præ tensa diffinitiua sententia

per R.dum Patrem D.num Marium de Vicem Palatij Apostolici causarum, et camere infrascripte in loco R.di Patris D.ni . . . . . . ambiteris locumtenentis auditorem surrogatum in causa et causis que coram eo in secunda aeiti pendebat instantia inter devotos Sanctitatis Vestre RR. Canonicos et Capitulum Civitatis Aquileiensis Diocesis ex una, et quendam Marcum Antonium Reginum de et super Paschali ducato loci de Madri: sio dicte Aquileiensis Diocesis, illiusque predicto ipsorumque rebus aliis in actis camere et causarum huiusmodi et illarum actione ... oratione partibus ex alia in favorem dicti Marci Antonij Aversarij, et . . . dictum . . . . (ut dicitur) lata, et pro: mulgata pro eorundem oratorum parte infra tempus debitum et alia legitima ad Sanctitatem Vestram Sanctamque Sedem Apostolicam interpositum, et interjectum nullitatisque et nullitatum dicte pretense sententie, attentatorumque et innovatorum quorumcumque alicui alteri ex dicti Palatij Apostolici causarum auditoribus committere, et mandare audiendas, cognoscendas, decidendas, finiendasque debito terminandas una cum omnibus et singulis ex eis pendentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis cum potestate citandi, et inhibendi constitutionibus et ordinationibus Apostolicis stilo Palatij ceterisque in contrarium facientibus non obstan: tibus quibuscumque, que quidem commissio talem in eius fine continebat signaturam R.

Audiat Mag.cus Bartholomeus, et Justitiam faciat, huiusmodi

namque

rarumque commissionis praetextu in causa, et causis huiusmodi ad Romanam Curiam devolutis, et coram eo introductis, ac inter partes vertentibus, ac tubinserta commissione et con: sententiis contentis, seu earum tamen legitimos procurato: res ad aliquos paucos actus processit. Tandem Idem fe: licis recordationis Clemens PP. Xmus quandam aliam commis: sionem, sive supplicationem, seu potius copiam alterius com: missionis in cuius capite literario Apostolici Patri Domino Gulielmo Cassandri causarum Auditori in locum dicti Domini Bartholomei de Petra Sancta surrogati, per certum eius cursorem Intimari fecit huiusmodi sub tenore.

Pater Sancte, an conveniat disputare de re iudicata coram Iudice, a quo, qui pro executione executoria: lium quos ipse decrevit non aliter quam in favorem rei iudicatae pronunciavit, supplicant itaque humi: liter Sanctitati Vestrae . . . in Assertum nominati, quod eidem Domino Gulielmo surrogato committere, et mandare dignemini, ut si quid vigore dictarum executionum exe: quendum sit, ipso primo, et ante omnia exequatur, et alia faciat in commissis necessaria, et oportuna constitutionibus, et ordinationibus stilo Palatij Apostolici, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Quae quidem commissio binas in se continebat signaturas quarum prima talis est Videlicet. De mandato Domini Domini PP.

Dem surrogatus in eventum fluctuatione, exequatur, ut petitur, et Iustitiam faciat. Secunda vero talis erat Videlicet

Placet Dño Nostro Papae Leonardus S.ti Petri ad Vincula, quatenus quidem commissionis vigore Idem Dominus Gullielmus Cassador causam huiusmodi dictam resumpsit. Ulteriusque rite, et legitime procedendo servatis servandis cognitis causae meritis eam in scriptis tulit, et promulgavit sententiam in hunc, qui sequitur modum Videlicet.

Christi nomine Invocato, de dominorum Coauditorum nostrorum consilio, et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, ferimus in his scriptis, pronunciamus, sententiamus, decernimus, et declaramus in causa, et causis, quae coram R.do Patre Dño Bartholomeo de Petrasancta Palatii Apostolici causarum, et nostro Coauditore, et successive coram nobis in prima vertebantur, et vertuntur instantes inter Venerandos Viros DD. Decanum Canonicos, et Capitulum Collegiatae Ecclesiae Beatae Mariae Civitatis Austriae Aquileiensis Dioecesis, quae inter alia Ecclesiastica beneficia dictae Ecclesiae Collegiatae, sive eius mensae Capitulari unita, annexa, et incorporata tenuerunt, et possiderunt Parochialem Ecclesiam Plebem de Fagania nuncupatam cum suis capellis deputando Vicarios, seu Capellanos pro tempore

in Eccla

in Ecclesia, seu Capella S.ti Andreæ de Madritio sub dicta plebe Faganeæ ad beneplacitum dicti Capituli ex una, et quemdam M. Antonium Reginum assertum clericum adversarium de, et super dicta Ecclesia, seu capella S. Andreæ de Madritio filiali dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Faganea rebusque aliis vz; et illorum occasione partibus ex alia, praefatos DD. Canonicos, Decanum, et Capitulum dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Civitatis Austriæ fuisse, et esse Canonicos possessores seu quasi Iuris deputandi ad eorum beneplacitum Vicarios, vel capellanos ad dictam Ecclesiam, seu capellam S. Andreæ de Madritio, eisdemque Decano, Canonicis, et Capitulo licuisse, et licere de Iure deputare Vicarios, seu Capellanos ad eorum nutum, seu beneplacitum ammovibiles in dicta Ecclesia, seu Capella S.ti Andreæ de Madritio, et in possessione, seu quasi deputandi huiusmodi Decanum, Canonicos, et Capitulum manutenendos et defendendos fore, prout manutenemus, et defendi decernimus. Gratiamque Apostolicam pro parte dicti Marci Antonij Regini super dicto beneficio S.ti Andreæ de Madritio quomodolibet productam fuisse, et esse subreptitiam, et nullam; eidemque M. Antonio adversario in dicta capella de Madritio, seu ad illam nullum unquam ius competijsse aut competere, et propterea eundem M. Antonium adversarium

in expensis pro parte dictorum Decani, Canonicorum, et Capituli propterea factis condemnandos fore, et condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus huiusmodi diffinitiua sententia taliter erat subscripta Videlicet

Ita pronunciaui Ego Gulielmus Cassador Rote Auditor, et interim felicis recordationis Leone P.P. Xmo uita orbato Reuerendissimo in Christo Patre Domino D. Adriano in Romanum Pontificem electo, et nominato, mandatoque de procedendo in causis ex parte Sacri Collegij Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium propter ipsius Pontificis absentiam desuper dato, et propter prolixitatem dicte sententie dempsi, omisimus, a qua secunda diffinitiua sententia pro parte dicti D. M. Antonij Regini appellatum, causamque appellationis huiusmodi commissionis. Reuerendissimum Sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalium Collegium quandam commissionem, siue supplicationis cedulam nobis per certum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore.

Dignentur Dominationes Vestre Reuerendissime causam, et causas appellationis pro parte deuoti viri M. Antonij Regini Prothonotarij Apostolici ad Sanctissimum

Dominum

Dominum Nostrum, eiusque sedem Apostolicam a quadam prae:
tensa diffinitiua sententia per R.dum Patrem Dominum
Guillelmum Cassador Palatij Apostolici causarum Auditorem
in causa, quae coram eo inter Capitulum Reginense una et quosdam
Decanum Canonicos et Capitulum Collegiatae Ecclesiae Beatae
Mariae Ciuitatis Austriae Aquileiensis Dioecesis aduersarium
de et super Vicaria Parochialis Ecclesiae S. Andreae de
Madrisio eiusdem Dioecesis, rebusque alijs in actis causae
huiusmodi latius deductis, et illorum occasione, ex altera
. . . . et in fauorem dictorum aduersariorum,
et contra ipsum ut dicitur, lata, et promulgata inter:
positae, et interpositis, alijsque grauaminibus, de actis
causae colligibilibus, et nullitatis, ac nullitatem . . . .
attentatorum quorumcumque alicui ex Palatij causarum
auditoribus audiendum, cognoscendum, uidendum, finemque
debito terminandum una cum suis incidentibus, dependentibus,
annexis, et connexis committere et mandare cum
potestate citandi, et inhibendi alijs . . . . ne:
cessarijs, et opportunis, ceterisque in contrarium facien:
tibus non obstantibus quibuscumque: quae quidem
comissio binas in eius fine continebat signaturas,
quarum prima talis erat Vz. De mandato Sacri
Collegij nomine Domini Nostri Papae D. Cardinalis

Campegius: cuius quidem commissionis pretextu nos in causa, et causis huiusmodi ad aliquos actus ua: rios Iudiciales citra tamen causę conclusionem pro: cessimus, et interim Sanctissimo in Xpo Patri, et Domino Nostro Domino Adriano diuina prouidentia Papa VI ad Ro: dicta, et Dño Nicolao de Clemente diuina prouidentia P.P. VII ad summum Apostolatus apicem assumpto, et dictam causam, et causas huiusmodi in eo statu, in quo ante assumptionem dicti domini Nostri P.P. existebat debite resumpta, et ad ulte: riora rite, et legitime procedendo seruatis seruandis, et cognitis eiusdem causę meritis de Dominorum Coadiutorum nostrorum consilio, et assensu. Quibus de ipsius causę meritis relationem plenam fecimus et fideliter nostram diffinitiuam pręinsertę diffi: nitiuę sententię confirmatoriam in scriptis tulimus et promulgauimus sententiam in hunc qui sequitur modum.

Xpi Nomine Inuocato pro Tribunali sedentes, et solum Deum prę oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de ordine Coadiutorum nostrorum consilio, et assensu ferimus in his scriptis pronun: tiamus, decernimus, et declaramus in causa et in causis, quę olim coram bonę memorię Bartholomeo

de Petrasancta

de Petra Sancta Palatij Apostolici causarum dum vi:
veret Auditor, et successive coram R.do Patre Domino
Gullielmo Cassador Coadiutore Locumtenente in
prima, et nunc coram nobis in secunda versa sunt,
et vertuntur instantijs inter Venerandos Viros
Dominos Decanum, Canonicos, et Capitulum Collegiatae
Ecclesiae Beatae Mariae Civitatis Austriae Aquileiensis
Diocesis, quae inter alia beneficia Ecclesiastica dictae
Ecclesiae Collegiatae, sive eius Mensae Capitulari unita,
annexa, et incorporata tenuerunt, et possiderunt
Parochiales Ecclesias plebes de Faganea nuncupatas
cum suis capellis deputando Vicarios, seu capellanos
pro tempore in Ecclesia, sive capella S.ti Andreae de
Maduitio sub dicta Plebe de Faganea ad beneplacitum
dicti Capituli ex una, et quendam M. Antonium Raginum
assertum clericum aduenticium de, et super dicta
Ecclesia, seu Capella S.ti Andreae de Maduitio filiali
Ecclesia dictae Parochialis Ecclesiae S.tae Mariae de Faganea,
rebusque alijs &. et illarum occasione partibus ex altera
per prefatum Dominum Gullielmum bene, iuste, et
rite processum, sententiatum, et diffinitum, male, seu
pro parte dicti Marci Antonij a dicta sententia

et processu fuisse, et esse appellatum, et provo:
catum, praefatij Dni Gullielmi Coadiutoris Locum:
tenentis processum, et sententias praedictorum confir:
mandos fore, et confirmamus, nec non eundem
Marcum Antonium in fructibus a tempore litis con:
testatae dicti Dni Gullielmi citra perceptis, et in
expensis exinde pro parte dictorum Dominorum
Canonicorum, et Capituli propterea legitime
factis condemnandum fore, et condemnamus:
quarum expensarum taxationem nobis in posterum
reservamus. Quae quidem diffinitiva sententia
manu dicti Domini Petri auditoris taliter erat
subscripta vizt. Ita pronunciavi Ego Petrus Andreas
Rotae Auditor. Cum itaque a diffinitiva sententia
pro parte dicti D. Marci Antonij Regini esset adversus
principalem ad expeditum Dominum Nostrum P.P.
eiusque Sanctam Sedem Apostolicam in scriptis similiter
appellatum esse, et provocatum, Apostolisque petitis,
et obtentis, causaeque appellationis huiusmodi com:
mittendae. Idem Dnus Noster P.P. commissionem sive
supplicationis cedulam appellationis de consensu ambarum
partium praefatarum foret, quam nos in, qua decernit ve:

rentia

rentia recepimus huiusmodi sub tenore per
certum nuntium cursorem.

Dignetur Sanctitas Vestra causam, et causas appellationis,
et appellationum pro parte devoti, et illustris Dni. Marci
Antonij de Regnino Prothonotarij Apostolici ad
Sanctitatem Vestram a quadam praetensa diffinitiva
sententia per R.dum Patrem Dnum Petrum Andream Gamard
Sacri Palatij Apostolici causarum auditorem in causa,
et causis quae coram R.do Dno Gullielmo Cassador . . . . .
unico sumentenente in prima, et inde in secunda
coram praefato Dno Petro Andrea inter praefatum . . . .
ex una, et Canonicos et Capitulum S.tae Mariae de
Civitate Austriae Aquileiensis Dioecesis adversarios
de, et super Ecclesia S.ti Andreae de Madrisio eiusdem
Dioecesis, rebus alijs in actis causae, et causis huius:
modi latius deductis, et illorum occasione vertitur ten:
debatur instantiam partibus ex altera impositis, vel
impositarum, nullitatis, vel nullitatum, et attentatorum,
et innovatorum quorumcumque alicui alteri ex palatij
Apostolici causarum auditoribus vel si magis placet
eidem Dno Petro Antonio de consensu partium
audiendum, cognoscendum, decidendum, fineque debito termi:
nandum cum suis incidentibus, dependentibus, et
connexis committere, et mandare cum potestate citandi

et inhibendi, aliisq. . . necessarijs, et oportunis huiusmodi autem commissioni talis erat apposita signatura vz. Audiat de consensu partium magr Petrus Andreas, et Iustitiã faciat, prætextu vero huiusmodi commissionis Nos in eisdẽ causa, et causis citè, et legitimè procedendo seruatis seruandis, et cognitis cognoscendis presertim ipsius Dñi Gullielmi Cassador auditoris diffinitiuã senten: tiam confirmatoriã in his scriptis tulimus, et pro: mulgauimus sententiã infrascripti tenoris.

Christi Nomine Inuocato pro Tribunali sedentes solũ Deũ p̃ oculis habentes per hanc nostrã diffini: tiuã sententiã, quã de Dominorũ nostrorũ Coaudi: torum consilio, et assensu ferimus in his scriptis pronuntiamus, decernimus, et declaramus in causa, et causis, quę alias corã bonę memorię Barthola: meo de Petra Sancta Palatij Apostolici Causarũ Auditore, et successiue corã R.do Patre Dño Gullielmo Cassador Coauditoris nostri Locumtenẽ. in prima, et corã nobis in secunda, et successiuè etiã in tertia vertę sunt, et vertuntur instantijs inter Ven.les Viros DD: Decanũ, Canonicos, et Capitulum Collatę

dulcinię

Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Civitatis Austriæ Aquileiensis Diocesis, qui inter alia beneficia Ecclesiastica dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, seu eius Mensæ Capitulari unitæ, annexa, et incorporata tenuerunt, et possidebant Parochialem Ecclesiam Plebis de Faganea nuncupata, ad eius Capitulum deputando Vicarios, seu Capellanos pro tempore in Ecclesia, seu Capella S.ti Andreæ de Madrisio subiectæ Plebis de Fiaganea ad beneplacitum dicti Capituli ex una, et quendam Marcum Antonium Regium asserto adversarium de, et super dicta Ecclesia, seu Capella S. Andreæ de Madrisio filiali dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ de Fiaganea, rebusque alijs, et illorum occasione ex altera partibus per nos in dicta secunda instantia bene fuisse, et esse processum, sententiatum, et diffinitum, maleque pro parte dicti Marci Antonij a dictis processu, et sententia fuisse, et esse provocatum, et appellatum, nostrumque processum, et sententiam predictos confirmandos fore, et confirmamus, nec non eumdem Marcum Antonium in fructibus a tempore dictæ nostræ sententiæ citra ex dicta Capella S. Andreæ percepti, et percipiendis exinde pro parte dictorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli propterea legitime factis condemnandum fore, et condemnamus

quandam expressam taxationem nobis in posterum exer: ceamus: quam quidem nostram diffinitivam sententiam his verbis subscripsimus. Ita pronunciavi Ego Petrus Andreas Rote auditor; Cum itaque ab huiusmodi nostra diffinitiva sententia, que tertia in ordine extitit minime appellare liceat de iure ex parte domini Nostri Pape quandam aliam commissionem, sive supplicationis cedulam per unum ex dictis vir. Curssoribus nobis portatam nos cum summa, qua decuit reverentia noveritis recepisse tenorem infrascriptum continentem [?].

Beatissime Pater Late fuere tres conformes diffinitive sententie in Urbe Sacro Auditorio Rote in favorem Devotorum Sanctitatis vestre Decani, Canonicorum, et Capituli Collegiate Ecclesie Beate Marie Civitatis Austrie Aquileiensis Diocesis contra quendam Marcum Antonium Reginum assertum Clericum adversarium, de, et super Capella S. Andree de Madritio sub Faganea dicte Diocesis, illiusque occupatione, et interesse, rebusque alijs in actis cause, et causis huiusmodi latius deductis, et illarum occasione, quarum sententiarum secundam, et tertiam tulit Reverendus Pater Dominus Petrus Andreas Gammarus dicti Palatij Apostolici causarum

Auditor

Auditor, et quia interest oratorum dictas tres conformes debere executioni demandari. Supplicant itaque oratores p. fati humiliter Sanctitati Vestrae, quatenus eidem Petro Andreae Summaro committere, et mandare dignemini, ut expensas procuratorum parte factas taxat, et moderat, litterasque exequutoriales iam sub sigillo sub censuris ecclesiasticis, et aliis in forma solita, et consueta decernat, et exequatur, seu exequi mandet, et faciat cum potestate citandi, inhibendi in Ro. Curia et extra, nec non sententias, censuras, et penas huiusmodi in euentum non paritionis dictarum exequutorialium inobedientes et rebelles damnabiliter incurrisse declarandi, illasque reggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxiliumque brachij secularis, si opus fuerit inuocandi, et ordinationibus Apostolicis Cancellarie regulis et presertim illa, qua cauetur dicitur expresse, quod litterae exequutoriales huiusmodi aliter quam sub plumbo expeditae nullius sint roboris, uel momenti, ferijsque quorumque de mandato Sanctitatis Vestrae nuper indictis, ac indicendis etiam de mense Augusti, ceterisque in contrarium facientibus, suspensionibus stillo Curiae ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque p. quae quidem committere

binis in eius fine continebat signaturas, quarum prima talis erat Vz. De mandato Domini Nostri P.P. Idem Auditor taxet et moderet, decernat, et exequatur, ut petitur, declaret, aggrauet, et etiam ad inuocatione[m] et [...] prout de Iure, et Iustitia faciat ferijs non obstantibus. Secunda vero talis erat Vz.

Placet Domino Nostro P.P. Cardinalis Campegius.

post quidem ultimo commissionis siue supplicatio: nis cedulae praesentationem, et acceptionem nobis et [...] atque ut praemittitur, factas nos ad Instantiam Viri Magistri Francisci de Fermo in Ro: Curia Nostrae et Honorabilium Virorum Dominorum Decani, Canonicorum, Capituli Collegiatae Ecclesiae Beatae Mariae Ciuitatis Austriae Aquileiensis Diocesis principalium in praeinsertis commissionibus, et sententijs principaliter nominati procuratoris instantiam praefato [...] Valerius Sergius in Romana Curia [...] causarum, et Honorabilis Viri Domini Marci Antonij Regini ex aduerso principalis in praeinsertis commissionibus, et sententijs ex aduerso principaliter nominatum procuratorem, de quorum hinc inde procuratorum [...] mandatis apud acta causae huius [...] constare, prout

constat

constat documentis aliis dictis, et excipiendi quidquid verbo, vel in scriptis vellet, dictae ultimo nobis factam, et presentatam commissionem dicere, sive excipere volebat, ac ad audiendum, et videndum omnes, et singulos ex: pensas pro parte dictorum DD. Decani, Canonicorum, et Capituli principalium in huiusmodi causa le: gitime factos, in quibus dictus Marcus Antonius est ad: versus principaliter sententialiter condemnatus exhibit taxari, et moderari, ac ad videndum, et audi: endum praedictas diffinitivas sententias, et expensarum taxationem infrascriptam, exequi, et executioni debitae demandari. Litterasque sive processus executoriales desuper necessarios, et opportunos iuxta ultimae nobis factae, et presentatae commissionis vim, formam, et continentiam, et tenorem in forma solita, et consu: eta decerni, et concedi, vel dicendi causam siquam haberet rationabilem, quare praemissa fieri non debeamus, allegando per aliquem Dominum Nostrum D.P. cursorem citari mandavimus, et fecimus ad certum peremptorium terminum compe: tentem, ad diem, et horam infrascriptam.
Quibus advenientibus comparuit in Iudicio Legitime

coram nobis ferijs non obstantibus prelibatus Magister
Franciscus de Firmo procuratorio nomine pro supra
dicti magistri Valerij fargij ex adverso procuratoris non
comparentis contumaciam accusauit, ipsiusque contuma:
tiam reputari, et in eius contumaciam omnibus, et
singulis expeditis in huiusmodi causa pro parte
dictorum Dominorum Decani, Canonicorum, et Capituli
principalium, ut permittitur factis legitimé, et in
quibus sibi prefatus M. Antonius ex adverso princi:
palis condemnatus extitit ad centum ducatorum aureis
de carlenis boni, et iusti ponderis per nos provida
moderatione previa primitus taxatis, iuramentoque
prefati Magistri Francisci Firmi procuratoris desuper
rité subsequuto, quas pro huiusmodi causae litis per:
secutione tantum, et ultra exponere habuit, nec
non sententias diffinitivas, ac certas expensarum
taxationem huiusmodi exequi, et executioni debitae
demandari, litterasque sive processus executoriales
desuper necessarios, et opportunos extra Romanam
Curiam, et ad partes iuxta ultimae nobis factae, et
praefatae commissionis, vim, formam, et tenorem in

forma

forma debita, et concreta dictari et concedi per nos
instanter postulauit. Nos Petrus Andreas auditor
et executor prefatus dictum Mag.rum Valerium Gargium
et aduersum procuratorem non comparentem reputa:
uimus non immerito, prout erat, id exigente Justitia,
contumacem, et in eius contumaciam attendentes
postulationem huiusmodi fore iustam et rationi con:
sonam, quodque parum esset sententias ferri et
expensas taxari, nisi debite demandaretur exequ:
tioni: Volentesque dicta ultima nobis facta et
presentatam commissionem reuerenter exequi, ut
tenemur. Idcirco auctoritate Apostolica nobis
commissa, et qua fungimur in hac parte, ad supra:
dicti Mag.ri Francisci de Firmo procuratoris in:
stantiam, sententiasque diffinitiuas, et expen:
sarum taxationem huiusmodi exequendi, et exe:
quutioni debite demandandi, litterasque siue
processus executoriales desuper opportunos iuxta
eiusdem ultime commissionis vim, formam, et tenorem
decernendum duximus, et mandamus, decernimusque

partem, et conventionis, prout decernimus et concedimus per presentes has nostras litteras, seu processus ere[?] generales semper nostro sigillo mandamus sub modificatione infrascripta: quae omnia singula premissa, et hunc nostrum processum, et in eis contenta vobis omnibus et singulis supradictis, quibus presens noster processus dirrigitur intimamus, insinuamus, et notificamus, et ad vestram, et cuilibet vestrum notitiam deducimus, et deduci volumus per presentes, vosque nihilominus, et vestrum quemlibet authoritate predicta tenore presentium requirimus, et monemus primo, secundo, et tertio peremptorie, et vobis, et vestrum cuilibet in virtute S.tae obedientie, et sub infrascriptis sententiarum penis districte praecipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post presentationem, seu notificationem presentium, et requisitionem vobis, aut alicui vestrum pro parte dictorum dominorum decani,

Canonicorum.

Canonicorum, et Capituli praedictorum principalium
semper facta immediate sequentium: quod
ita dictum diem pro primo, diem pro secundo, et
reliquos diem dies nobis universis, et singulis supra:
dictis pro tertio, et peremptorio termino, ac
monitione Canonica assignamus. Postremque
Dominos Canonicos, Decanum, et Capitulum
Collegiatae Ecclesiae Beatae Mariae Civitatis
... Hypoliensis Dioecesis principaliter in
dictae Ecclesiae sive Capellae S. Andreae de Madritio filiali
Ecclesia sive Capella S. Andreae de Madritio filiali
Parochialis Ecclesiae S. Mariae de Paganea et iuris
deputari ad eorum beneplacitum Vicarios, seu
Capellanos ad dictam Ecclesiam, seu Capellam S. Andreae
de Madritio, iuriumque pertinentiarum omnium eiusdem
possessione pacifica, et quieta manutenendis
et defendatis fructus, redditus, et proventus, iura
obventiones, emolumenta ad dictam Ecclesiam,
sive Capellam S. Andreae de Madritio quomodocumque
spectantes, et pertinentes integre percipere, et levare
ac eisdem libere uti, frui, et gaudere, nec a dicto
Marco Antonio ex adverso principali, seu quovis

alio eosdem Dominos Canonicos, Decanum, et Capitulum principales super fructibus impediri, aut indebite molestari à quoquam permittatis.

Mouemus insuper modo, et forma praemissis, et sub eisdem infrascriptorum sententiarum poenis te Marcum Antonium ex aduerso principalem quatenus infra triginta dies post notificationem praesen: tium, et requisitionem pro parte Dominorum Cano: nicorum, Decani, et Capituli principalium tibi desuper factas immediate sequentes: quorum triginta dierum Xm pro primo, Xm pro secundo, et reliquos Xm dies tibi pro tertio, et peremp: torio termino, ac monitione Canonica assignamus, eisdem Dominis Decano, Canonicis, et Capitulo princi: palibus, uel procuratoribus suis pro eisdem ab hoc sufficiens mandata habentibus de fructibus per te Marcum Antonium ex aduerso principalem, ex capella S. Andreae de Madritio à tempore sen: tentiae dicti Domini Guilielmi Cassador citra principaliter de praedictis centum ducatorum

auri de Carlenis, ratione expensis litis et causae
huiusmodi, ut premittitur sententialiter taxatis
ac etiam quatuor aliis ducatorum auri de Carlenis
in, et super expeditione praesentium nostrarum
litterarum expositis. In quibus quatuor ducatis
etiam condemnavimus, et processum nostrum
huiusmodi taxavimus ad eosdem prout con:
demnamus, et taxamus per praesentium condignam
satisfactionem, et solutionem impendas realiter,
et cum effectu, aut medio tempore conveniatis
et concordes super praemissis amicabiliter cum
eisdem. Inhibemus propterea modis, et forma
praemissis, et sub eisdem infrascriptis sententiarum
poenis vobis D. Marco Antonio, et omnibus et sin:
gulis supradictis, et generaliter quibuscumque
aliis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis,
et conditionis existant, ut praefatis Dominis Decano,
Canonicis et Capitulo principalibus, et procurato:
ribus praedictorum, quominus dubia, sive Capella
S. Andreae de Madriti pacifice gaudere, ac uti, et
frui, fructus, redditus, et proventus, iura, obventiones

et Emolumenta quecumque eiusdem Decanatus, seu Capellę S. Andreę de Madicio liberè, et integrè, et plenariè recipere, et Leuare possit, ac valeat, nec non de centum, et quatuor ducatis praedictis ratione expensarum, ut praemittitur taxatis debitam, et condignam satisfactionem impendatur cum effectu; omniaque alia, et singula supra, ac infrascripta iuxta debitam consequantur effectum, Impedimentum aliquod praefatis, seu praesenti, ac impedientes ipsos Dominos Decanum, Canonicos, et Capitulum principales, uel procuratorem eorum super praemissis in aliquo detis auxilium, consilium, uel fauorem publicè, uel occultè, directè, uel indirectè quouis quesito colore, uel ingenio; Alioquin praemissa omnia, et singula non adimpleueritis, mandatisque, et monitionibus, et inhibitionibus huiusmodi nostris, immo uerius Apostolicis non parueritis realiter, et cum effectu. Nos in uos omnes, et singulos supradictos, qui fueritis culpabiles in praemissis, et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles,

et impedientes

et impedientes huiusmodi Decanum, Canonicos, et
Capitulum principales, vel procuratorem eorum
super premissis in aliquo, ac etiam ipsis impedientibus
dantes auxilium, consilium, vel favorem cuius-
cumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis,
aut preminentie existant, ut prefertur singulariter
in singulis dictis Canonicis monitionibus predictis ex
nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc
excommunicationis et in predictam Ecclesiam, seu
Capellam S. Andree de Madritio, et quoscumque
delinquentium, et rebellium huiusmodi Ecclesiarum,
et Monasteria, et Capellas interdicti sententias
ferimus in his scriptis, et promulgamus. Vobis
vero Revmis ac Rdis Patribus et Dominis D. Patriarchis
et Episcopis predictis quibus ob reverentiam vestrarum
Pontificalium dignitatum defferimus in hac parte
si contra premissa, vel aliquid premissorum, per vos,
vel submissas personas feceritis predicta sex dierum
canonica monitione premissa ingressum Ecclesie
interdicimus in his scriptis. Si vero huius-
modi interdictum per alios sex dies immediate

sequentes intimauerit, nos in eisdem scriptis simili Canonica monitione premissa ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia innodamus. Cæterum cum ad excommunicationem huiusmodi ulterius facere nequiuimus quo ad presens personaliter interesse pluribus alijs in Ro: Curia prepeditis negotijs, Vniuersis, et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacerdotibus, Sacristis tam Cathedralium, et Metropolitanarum, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu locumtenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, et non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisque Vicarijs Ecclesiasticis quibuscumque per Prouincias, Ciuitates, et Diœceses predictas, et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione dictæ Nobis ultimæ, et presentationis commissionum, et sententiæ in eadem

faciendo

faciendo authoritate praedicta tenore praesentium com:
mittimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos
specialiter, et expresse duxerimus revocandas:
quos, et eorum quemlibet eisdem authoritate, et
tenore requirimus, et monemus primo, 2do, et tertio
peremptorie, ipsis, et eorum cuilibet in virtute
sanctae obedientiae, et sub excommunicationis poena,
quam in eos, et eorum quemlibet ex nunc pro ut
ex tunc, et ex tunc prout ex nunc Canonica mo:
nitione praemissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint,
quae mandaverimus districte praecipiendo mandamus
quatenus infra tres dies post requisitionem ipsis ex
eorum, seu ipsorum alteri pro parte victorum Dominorum
Decani, Canonicorum, et Capituli principalium vigore
praesentium desuper factam immediate sequentium quos
tres dies, et eorum cuilibet pro omni dilatione, ter:
minos peremptorio, ac monitione Canonica assi:
gnamus, ita tamen quod in his exequendis unus
alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset,
ad nos omnes, et singulos supranominatos, simul, seu [illegible]
mittetur noster dirigitur personaliter, et loca

aliasq; de quibus ubi quando, et quoties opus fuerit
personaliter accedat, seu accedat, et huiusmodi
inde processus, et quaecumq; in eis contenta vobis
communiter, vel divisim legant, intiment, insi:
nuent, et fideliter publicare procurent, nec non
praefatos Dominos Canonicos, Decanum, et Capitulum
principales in dicta Ecclesia, seu Capelle S. Andreae
de Madrito possessione, Iuriumq; et pertinentiarum
omnium eiusdem manuteneant, et defendant,
Iurisq; deputandi ad eorum beneplacitum Vicarios,
sive Capellanos ad dictam Ecclesiam, seu Capellam
S. Andreae de Madrito, nec eos per dictum Marcum
Antonium ex adverso principalem, seu quemvis alium
impediri, et indebite molestari quoquomodo per:
mittant, et ipsos D. Decanum, Canonicos, et Capitulum,
vel eius procuratorem praedictum fructus, redditus, pro:
ventus, iura, obventiones, et emolumenta praedicta
integre percipere, et plenarie levare, eisq; libere
uti, frui, et gaudere, sibiq; de praedictis fructibus, et
centum ducatis [illegible] ratione expensarum, et
eis, ut praefertur taxatis debitam, et condignam

satisfactionem

satisfactionem, et solutionem fieri faciant, et procurent.
Et si forsan quod absit, Marcus Antonius ex adverso principalis, caete:
risque contradictores, et rebelles monitionibus requisitionibus, man:
datis, inhibitionibus et processibus nostris huiusmodi, immo
verius Apostolicis, infra dictos terminos superius adno:
tatos, et obedire neglexerint, sive recusaverint, poenas,
sententias et censuras praedictas in eis ut praemittitur latas
damnabiliter incurrendo ex tunc eos delegatis nostris
praedictis sub dicta excommunicationis poena committimus,
et mandamus quatenus singulis diebus Dominicis, et
Festivis in Ecclesiis, Monasteriis, et Capellis inter Missarum
et aliarum horarum solemnia populi multitudine ad divina
audiendum, seu alias legitime congregata fuerit, et ubi
quando, et quoties pro parte dictorum Dominorum Decani,
Canonicorum, et Capituli principalium desuper vigore prae:
sentium requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus,
praefatum D. Marcum Antonium Resina ex adverso principalem,
et etiam contradictores, et rebelles excommunicatos publice
denuncientur, et ab aliis, quantum in eis fuerit denunciari,
et ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant tandiu,
donec et quousque aliud a nobis, vel a Superiori nostro super
hoc receperint in mandatis. Si vero M. Antonius ex
adverso principalis, caeterique contradictores et rebelles praedicti
dictam excommunicationis sententiam per X^m illam denunciationem
cupientes immediate, pertinaciter sustinuerint; Nos

ex nunc, quia crescente contumacia, et innobedientia crescere debeat, et pœna, ne facilitas pœnæ audaciã tribuat delinquendi; per presentes nostros aggrauamus, dictis subdelegatis nostris sub excommunicationis pœna predicta mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, et Festiuis in eorum Ecclesijs, Monasterijs, et Capellis infra ditionem, et aliaz horarum prescriptarum solemnia dictã excommunicationem denunciando, recitando, et innouando eundem M. Antonium ex aduerso principalem, ceterosque contradictores, et rebelles, sicut premittitur excommunicatos denunciatos nominatim campanis pulsatis, candelis accensis, et demum extinctis, et in terrã proiectis, Cruce erecta, et Religiosé induta, aqua benedicta aspergendo ad fugandos dæmones, qui eos detinent sic ligatos, i laqueis suis cathenatos, orando quod Dnus Noster Iesus Xpus eos ad catholicã fidem, et Stæ Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, ne eos in talibus peruersitate, et duritate dies eorum finire permittat, ad decantationem responsorij reuelabunt Cœli iniquitatem Iudæ, et Psalmi Deus laudem meã ne tacueris, cum Antiphonis media vita in morte sumus, et aliter, et his finitis ad ianuas Ecclesiarum suarum unà cum Clericis, et Parochianis accedentibus, et ad terrorem, ut ipse M. Antonius ex aduerso principalis, et contradictores, et rebelles, ut eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum suarum proiciendo

in signum

in signum maledictionis æternæ, quod Deus dedit in Dathan,
et Abyron, quos terra sustinere non potuit, sed iusto Dei iudicio
vivos absorbuit, ut ad infernum viventes descenderent, etiam
nott Missa, et in Vesperis, et alijs quibuscumque horis Canonicis
sermonibus et predicationibus publicis solemniter publicent,
et denuncient, et ab alijs, quantum in eis faciant publicari,
ac denunciari, et ab omnibus Xpi fidelibus arctius evitari
faciant donec, et quousque aliud a Nobis, vel Superiori nostro
semper habuerint in mandatis. Verum si prefati denun:
ciati, aggravati, et reaggravationem huiusmodi per alios decem
dies dictos xm dies immediate sequentes post dictam denunciationem
aggravationis ad ipsorum notitiam deductam animis, quod absit,
obstinatis induratis. Nos ex nunc, quia perversorum
audatia presumptiva exigit, ut unica pena se contenti
fortioribus arceantur, ne fides illorum ledatur, qui superio:
ribus suis semper obedientiam impenderunt. Praeter nostros
huiusmodi reaggravationem, supradictis subdelegatis nostris
sub dicta excommunicationis pena mandamus quatenus
dicta auctoritate Apostolica omnes, et singulos Xpi Fideles
utriusque sexus homines, et presertim familiares denunciatorum
eorum, et servitores aggravatorum huiusmodi modo, et
forma premissis moneant, et requirant p.s d.s c.s et peremptorie,
quos nos etiam tenore presentium requirimus et monemus
ut ipsi, et eorum quilibet in virtute S. obedientie et sub
excommunicationis pena districtius iniungendo, prout nos

etiā iniungimus eisdem, quatenus infra sex dierum spatium post monitionē, et inquisitionem per nos factā immediatē sequentium, quos sex dies ipsis, et eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoq; peremptor, ac monitione Canonica assignatur, pro ut nos eisdem assignamus, à participatione communione, familiaritate, et servitis ipsorum denun: ciatorum, et aggrauatorum, siue eorum alteris stando, sedendo, ambulando, hospitando, comedendo, bibendo . . . . . cibum, potum, aquā, vel ignem ministrando, seu aliquo con . . . . . solatio, praeterquā in casibus à iure permissis participare . . . . Et si contrarium fecerint. Nos in eos, et eorum quemlibet cum dictis denunciatis et aggrauatis rebelliter participando ex contrafaciendo ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc dicta sex dierum Canonica mo: nitione . . . excomunicationis sententiā ferimus in his scriptis, et etiā promulgamus, dictis uro dilegatis nostro modo, et forma . . . mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, et festiuis quoties expedierit in suis Ecclesijs, Monasterijs, et capellis infra missarum, et aliar. horar. . . . solem: nia . . . Xpi Fideles familiares, et servitores, quiā dictis de: nunciatis, et aggrauatis rebelliter participauerint, excom: municatos publicé denunciari, et ab omnibus Xpi fidelibus arctius euitari faciant, et quovisq; aliud à nobis, vel à Superiori nostro habuerint in mandatis.

Propterea

Propterea si p[rae]fati denunciati, aggravati et reaggravati reaggravationem huiusmodi nostram per alios decem dies illius denunciationis et literis viginti dies im[m]ediate sequentes sustinuerint, Pharaonis duritiam imitando ad modum aspidis surdam aures suas obturaverint, ne voces audiant incantantium. Nos ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc elapso termino interdictis omnes et singulas Civitates et terras, oppida castra villas, suburbia, et quaecumque Ecclesias, collegia, Parochias, et alia quaecumque loca in, et sub quibus ceu ad quae literis denunciatos aggravatos, et reaggravatos, aut eorum aliquem ... devenire contigerit, quamdiu ibidem fuerint, si aliquis fuerit Ecclesiastico supponimus interdicto, suspendictis ... nostris sub literis excommunicationis poena mandantes ... tenus ex tunc quamdiu iidem denunciati aggravati et reaggravati in locis p[rae]dictis fuerint seu aliquis eorum fuerit, cessent et ab alijs cessare faciant a divinis, quam quidem cessationem etiam per tres dies continuos post ipsorum denunciatorum aggravatorum, et reaggravatorum, vel alterum eorundem abinde recessum obtineant, et continuent, et ab alijs quantum in eis fuerit observari, et continuari faciant, et permittant; Ita, et taliter, quod huiusmodi stante interdicto nulla Ecclesiastica Sacramenta in, et sub eisdem locis dicti denunciati, aggravati, et reaggravati fuerint seu aliquis eorum fuerit, ministrentur, nisi poenitentia, et Baptismus indifferenter omnibus Eucharestia infirmi tantum, et Matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur ... ibi, et ... eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. Demum vero si p[rae]fati denunciati, aggravati, et reaggravati,

interdicti interdicto huiusmodi per dictos X. dies illius publicationis, et dictos XXX.ta dies immediate sequentes, susti: nuerint ac processibus, mandatis, monitionibus, ac inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis non paruerint cum effectu quod denunciabat: Nos . . . quia mucrone non sufficiente Ecclesiastico, Temporalis saltem gladius dimicante suffragatur auxilium brachij secularis duximus inuocandum, ut quos Dei timor à malo non reuocet, Temporalis saltem cohercat seueritas disciplinae. Hinc est quod Vos Serenissimum Principem, et Dominum D. Andream Gritti Venetiarum Ducem Antedictum, gladij in illis partibus principalem vibratorem, et Iustitiae zelatorem in Domino exortamur; Vosque DD. Comites, Marchiones, Barones, Prouinciales, magistros ciuium, Scabinos, Iudices, officiales, et alios supradictos Iuris: dictionem temporalem, et ordinariam per Vos, vel alium, seu alios exercentes, quibus presens noster processus dirigitur auc: thoritate Apostolica supradicta tenore presentium requirimus et mo: nemus primo, secundo, tertio et peremptorio Vobis, et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae, et sub excommunicationis pena, quam in vos, et vestrum quemlibet trina Canonica monitione premissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis quae mandamus stricte precipientes mandamus, quatenus infra sex dierum spatium supradictos terminos successiue expectatos, a die non notificationis, et publicationis presentium dictas vobis, vel alteri vestrum in vestris territorijs, Iurisdictionibus et districtibus deinceps factis immediate sequentium: quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis vniuersis, et singulis supradictis pro tertio, et peremptorio

termino

termino, ac monitione Canonica assignamus. Vos omnes, et singuli Domini temporales antedicti, et vestrum quilibet, quorum omnium super hoc auxilium brachij secularis inuocamus, quoties, et quando pro parte dictorum DD. Decani, Canonicorum, et Capituli principalium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus in Iuris subsidium contra fratres denunciatos, aggrauatos, et reaggrauatos, et interdictos dicta auctoritate Apostolica per captionem, inuasionem, incarcerationem, et detentionem personarum corporum, rerum, et bonorum ipsorum insurgatis, et alios insurgere faciatis, ita quod personas, res, corpora, et bona eorundem, et cuiuslibet ipsorum captatis, inuadatis, incarceratis, et in firma custodia teneatis, arrestatis, occupetis, per vos, vel alium, siue alios et quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, et occupet libere et licite: Super quibus omnibus et singulis vobis et cuilibet vestrum impartimur licentiam, et plenariam potestatem concedimus per fratres dictos denunciatos, aggrauatos, reaggrauatos, et interdictos ita ex toto attingatis et compellatis potenter, et manu forti, absque tamen lesione corporum eorundem, usque ad integram satisfactionem, et partitionem omnium, et singulorum omnium dictus, ac decem et quinque dictus Marcus Antonius de aduerso principali de omnibus et singulis ducatis ratione expensarum, et aliis ut fructibus tractatis satisfecerit realiter, et cum effectu, ita quod ipse M. Antonius ex aduerso principalis ceterique contradictores et rebelles

